1422.

Noverint universi quod cum questio seu controversia diu ducta fuisset inter dominam Anthoniam uxorem Raymundi Vinet textoris panni lane ville Calidarum de Monte bovino habitatoris filiamque et heredem universalem Arsendis Guillermi Ribes quondam una ex parte
agentem, et Anthonium Olzinelles dicte ville habitatorem parte ex alia deffendentem, coram Regente baiuliam dicte ville super et de uno campo vocato dayga freda. Et dicta Anthonia ut pauper et miserabilis persona non valens sufferre tantas missiones habuit
recursum ad sacram audienciam supplicando ut eam et bona sua a predictis deffenderet in sua iusticia. Et propterea fuit ipsa questio signata in dicta sacra audiencia de causa prout hec largiflue continetur in quadam carta pergamenea sigillo cere vermilie eiusdem
regie Maiestatis impressa et in cordulis ciricis viridis atque croceis pendenti ut ad oculum apparebat. Que presentata fuit in sui forma venerabili Johanni de Font sive locumtenenti baiuli dicte ville. Cuiusquidem carte Regie est huiusmodi
di tenoris. Xpi nomine humiliter invocato pateat universis quod nos Maria dei gratia Regina Aragonum Sicilie, Valencie, Maioricarum Sardinie et Corsice Comitissa Barchinone Ducissa Athenarum et Neopatrie, ac etiam Comitissa Rossilionis et
Ceritanie primogenita Regis Castelle locumtenens generalis illustrissimi domini Regis viri et domini nostri carissimi. Visa supplicatione oblata per nostram audienciam per Raymundum Vineti nomine uxoris sue pauperis et miserabilis persone, contra Anthonium Ol
zinelles habitatorem ville Calidarum de Monte bovino. Visa evocatione facta de dicta causa ad nostram audienciam visoque quodam processu originali ducto inter dictas partes coram Regente baiuliam ville Calidarum predicte, de et super uno campo vocato
dayga freda, visis assignacionibus factis ... dicti Anthonii Olzinelles ad prestandum iuramentum de calumpnia super tota causa, et habito pro confesso dicto Anthonio in dicta causa in petitis per partem Anthonie uxoris dicti Raymundi Vinet propter
contumaciam dicti Anthonii non prestantis dictum iuramentum. Visa donacione predicto facta per Guillermum de Ripis (?) ... Olzinelles de dicto campo. Que donacio postea per predictos fuit ducta Bernardo de Olzinelles filio dicti Francisci. Visis
aliis videndis facta relacione de dicta causa in nostra audiencia per Petrum Jordani et auditis partium advocatis in nostra cancelleria ubi copia doctorum et iurisperitorum adherat et coram nobis ex ... Sacris Scripturis coram nobis positis et ... inspec
tis ut de vultu dei nostrum procedat iudicium die presenti ad audiendum nostram sentenciam partibus assignata pronunciamus sentenciamus et diffinimus prout sequitur. Cum per inspecta processus prius signata quia dicti articuli fuerunt habiti pro confessis et
attenta donacione predicta producta in dicto processu, constet nobis intencione dicte Anthonie fore fundata in petitione dicti Campi et fructuum qui ex ipso provenerunt a tempore quo fuit penes dictum Anthonium Olzinelles pro tanto per hanc
nostram sentenciam diffinitivam condempnamus dictum Anthonium Olzinelles ad restituendum dictum Campum dicte Anthonie simul cum fructibus perceptis. Et quia contumax fuit dictus Anthonius in hac causa ipsum condempnamus in expensis
huius litis taxatione quarum nobis imposterum reservamus. Lata fuit hec sententia per nos seu in nostri personam per fidelem consiliarium nostrum et cancellariam nostram Regentem Johanne Navarro legum doctore, et de nostro seu ipsius mandato lecta
et publicata per fidelem scriptorem nostrum Bernardum de Caneto notarium infrascriptum in nostra audiencia que more solito celebratur in aula maiori palacii maioris Regii Civitatis Barchinone die videlicet Martis intitulata sextadecima mensis
Septembris anno a nativitate domini Millesimo Quadringentesimo vicesimo secundo. Regnique dicti domini Regis septimo. Presente inspectante et hanc nostram sententiam fieri supplicante dicto Raymundo Vineti dicto nomine ex una, parte alia vero parte absente et presen
tibus pro testibus Bartholomeo Puet et Francisco Castillionis legum doctoribus ac Bartholomeo Gros et Bernardo ça Torra scriptoribus nostris et pluribus aliis in multitudine satis grandi. De quibus. Signum  Marie dei gratia Regine
(Ducisse Athenarum et Neopatrie ac etiam Comitisse Rossilionis et Ceritanie)
re Aragonum Sicilie Valencie Maioricarum Sardinie et Corsice Comitisse Barchinone primogenite Regis Castelle locumtenentis generalis illustrissimi domini Regis viri et domini nostri carissimi. Que hanc nostram sententiam tu lerunt eidemque sigillum dicti
domini Regis appendicium iussimus apponendum. Sig  num Bernardi de Caneto fidelissimi domini Regis scriptoris auctoritateque Regia notarii publici per totam terram et dominacionem suam qui de mandato dicte sentencie protulerunt cuiusque ut
predictum legit et publicavit et in hanc publicam formam redigens scribi fecit et clausit cum litteris rasis et correctis in lineis ... et domini nostri et in ... Raymundi ... vigore sigillidem dicte sentencie fuit
emanata execucio cum quadam littera patente Regia que data fuit Barchinone sextadecima die Septembris anno predicto sigillata in eius dorso sigillo Regio ut prima facie apparebat. Ad cuiusquidem vero dicta Anthonia obtinu
it et produxit quandam aliam litteram Regiam simili sigillo Regio in eius dorso sigillatam quam in sui forma presentavit dicto locumtenenti baiuli dicte ville que est huiusmodi. Maria dei gratia Regina Aragonum Sicilie Valencie Maioricarum
Sardinie et Corsice Comitissa Barchinone Ducissa Athenarum et Neopatrie ac etiam Comitissa Rossilionis et Ceritanie primogenita Regis Castelle locumtenens generalis illustrissimi domini Regis viri et domini nostri carissimi. Fideli nostro baiulo ville
Calidarum Salutem et graciam. Conquesta est nobis Anthonia uxor Raymundi Vinet pauper et miserabilis persona quod licet ipsa obtinuerit a nostra Maiestate quandam sentenciam vigore cuius fuit sibi adiudicatum quoddam Campum ut
in dicta sententia continetur, quam vobis cum ... executoria presentavit vos requirendo ut ipsam debite exequi... ... differtis et dilatatis in eius preiudicium et dampnum non modicum, audiendo et admittendo racio
nes minus coram vobis ... opponentes quod non potestis et minus facere debetis quia de causa in Regio Consistorio introducta ... nullus iudex se aliquatenus intromittere potest. Quocirca vobis dicimus et mandamus de certa scientia et
expresse sub pena Centum florenorum auri Aragonum Regio fisco si contrafeceritis exigendorum absque mercede ulla de bonis vestris applicanda quatenus ... quibuscumque racionibus dictis tercii opponentis seu aliis cavillosis ultroiectis presentem sentenciam
debite execucioni deducatis iuxta sui seriem et tenorem dictam Anthoniam seu eius procuratore in possessione realem dicti Campi sibi adiudicati inducendo. Vobis vero coram vobis porrectas clausas et sigillatas una cum partibus que sua putaverint
interesse ad nostram audienciam ubi eis plena iusticia ministrabitur quanto decet, simplico transumptatis, taliter super predictis vos habendo quod dictam Anthoniam ... videamus coram nobis deterius propterea querelatam. Datum Barchinone decima nona die Novembris Anno
a nativitate domini Millesimo quadringentesimo vicesimo secundo. Joh. Vt. Quaquidem littera presentata dicto Johanni de Font sive dicto nomine cum ea qua decet ... humile reverencia audita reverentique suscepta obtulit se completurum cum effectu contenta in eadem littera
(Millesimo quadringentesimo vicesimo secundo)
Capitulo (?) die sabbati intitulata quinta decima mensis decembris anno predicto in presencia mei Bernardi de Jonqueto notarii infrascripti ... presencia etiam ... vila notarii et Petri Galceran sartoris et Johannis de Sibilia ... habitatorum dicte ville Calidarum
testium ad hec vocatorum et assumptorum dicta Anthonia uxor dicti Raymundi Vinet constituta personaliter in domo scribanie dicte ville in presentia ... locumtenentis baiuli ibidem personaliter inventi quanta potuit instancia requisivit eundem locumtenentem baiuli quod
mitteret eandem in veram realem et corporalem possessionem dicti Campi et iurium suorum. Et protestabatur contra eum et bona sua de transgressione ... precepti domine Regine et fisci et de missionibus per ipsam Anthoniam factis et faciendis. Propterea dicti locumtenentis fiendis. Et
dictus Johannes de Font sive dicto nomine dixit: Yo vull fer e complir lo manament dessus dit. Mas ignor lo dit Camp ne sé on es. ... dicta Anthonia respondit: Moss. lo batlle sim volets seguir yol vos mostrare car requir que hi anets
e metats en possessio daquell. Et sic dictus Johannes de Font sive locumtenens memoratus una mecum dicto et infrascripto notario et testibus supra ... et requirente dicta Anthonia accessimus personaliter ad dictum Campum situm in loco in dicta sententia con
tento, quem eidem locumtenenti ostendit dicendo: Moss. lo batlle aquest es lo Camp. Qui Campus terminatur ab oriente in torrente de Aqua Freda ... in quodam Campo publico quo itur de Caldes a Sant Feliu de Cudines et ad viam Civitatis
et alibi, a meridie in quodam campo qui fuit als Maties Boyers, ab occiduo in tenedone Raymundi de Plano, et a circio in honore sive ... heredis Guillermi Loral dicte ville. Et tenetur sub dominio et alodio heredum Bernardi (?) ... quondam dicte
ville ad censum duorum solidorum et trium denariorum barchinonensium in festo Sancti Michaelis anno quolibet prestando dictis heredibus ... Qui heredes predicti tenent sub dominio et alodio heredum Bernardi Limes iurisperiti quondam Civis Barchinone succedentis in hiis Reverendo domino
Barchinone Episcopo. Et non discurrendo ad alia acto dictus ven. Johannes de Font sive nomine predicto accepit manum dexteram dicte Anthonie requirentis et misit eam intus dictum Campum et tradidit ei de terra ipsius Campi et de herbis et foliis ar
borum in dicto Campo inventis, dicens per hoc: lo manament a mi fet jous met en real e vera possessio daquest Camp ab totes drets e pertinences sues, e lliure a vos la terra daquest Camp e de les erbes e de les fulles dequests arbres qui son en
lo dit Camp per vera possessio. Et dicta Anthonia dixit: e jo la accepta. De quibus omnibus sic peractis dicta domina Anthonia uxor dicti Raymundi Vinet et heres Arsendis (?) dicti Guillermi Ribes eius patris quondam petiit et requisivit de hiis omnibus
sibi fieri et tradi unum publicum instrumentum ad rei memoriam in futurum tenendam per notarium supra et infrascriptum. Que fuerunt acta dicta petita et requisita atque segunta die anno et loco predictis. Presente me dicto et subscripto notario, presentibus etiam
testibus supradictis ad hec vocatis rogatis specialiter et assumptis.

Sig num mei Bernardi de Jonqueto Regentis scribaniam ville et parrochie Calidarum de Monte bovino pro succedentibus in bonis et hereditate Johannis Fortunii (?) quondam notarii eiusdem pro hon. Manuele de Ruadello Archidiacono Vallensis in Ecclesia Barchinone
qui premissis omnibus dum sic ut premittitur agerentur et fierent una cum prenominatis testibus interfui, eaque sic vidi et audivi et in notam recepi et publicavi. Et in hanc publicam formam redigi scripsi et clausi rogatus et requisitus in testi
monium premissorum. Cum litteris suprapositis in lineis viii de (?) xviii. ducisse Athenarum et Neopatrie ac etiam Comitisse Rossilionis et Ceritanie et preceptum (?). Et ... prima ubi scribitur millesimo quadringentesimo vicesimo secundo.